



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 37. Postrema infirmitas ejusdem Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

§. XXXVII.

*Postrema infirmitas Innocentii XIII
Pontificis.*

*Vita Carđ.
de Conti
tom. I.
pag. 275.*

Die duodecima Januarii Innocentius XIII. *secretum*, ut appellatur *Consistorium* habuit, in quo Alberonius Cardinalem nuper ab omni calumniâ absolutum adesse iussit, eumque a diaconibus senioribus Diaconis Cardinalibus stipatum in plenæ reconciliationis signum ad osculum pedis admittit, quo facto Pontifex ad Sacellum progressus eidem, postquam consuetum fidei sacramentum exsolverat, rubrum garmentum propriis suis manibus imposuit, eumque paterno amplexu honoravit. Postrema erat hæc Pontificiæ clementiæ functio; die enim decima quinta Februarii Innocentius, cum jam per integrum ferme annum assidua virium debilitate, & frequenti sanguinis vomitu cruciaretur, graviter decumbens cæpit, Medicis aut Phtisis, aut Hydrophis stomachalis malum imminere censentibus, utrumque instantis mortis præsagium: Exeunte eodem Mense ad morbi vehementiam tanta virium imbecillitas accessit, ut Medicorum iudicio ab omni Regiminis cura vacare cogeretur, die tamen quarta Martii pa-

lulum respirare cæperat, moxque cum ^{Sæc. XVIII.}
 Cardinale Spinola Status Ecclesiastici ^{A. C. 1724.}
 Secretario de gravioribus Ecclesiæ ne-
 gotiis conferens, quædam adhuc de-
 creta condebat. Eadem autem nocte
 morbus gravioribus ingravescit acces-
 sionibus, adfunt in tempore Medici,
 censent incisionem in femore oppido
 necessariam esse; absterrentur tamen,
 dum pedem eresypelate inflammatum
 deprehendunt.

§. XXXVIII.

*Innocentii XIII. Pontificis Maximi
 obitus.*

Postmodum tam periculosa febris in *Hist. Unio.*
 Innocentium Papam tota vi irruens ^{tom. 9.}
 incubuit, ut paucas intra horas pene ^{pag. 677.}
 confectum ac prostratum valetudinis mo-
 les ad extrema deduceret, unde Me-
 dici desperato curationis successu su-
 prema lanquenti denuntiant. Sparso per
 urbem funesto hoc rumore Jacobus III.
 Angliæ Rex cum sua Conjuge die octava
 Martii ad Pontificium properabat Pala-
 tium, ubi suam gratitudinem lacrimis
 & verbis contestatus, tanti Benefacto-
 ris jacturam deplorabat: Ipse etiam
 Bernardinus Cardinalis de Comitibus
 Papæ Frater cunctos Purpuratos in
 Urbe agentes convocabat, ut mori-
 bundo

Ss 4

bundo